







1666.

1. Striarius, Johannes Jacobus: Disputatio juridica, continens veterum juris interpretum distinctiones, quae magistrales appellantur, approbatas.
2. Striarius, Johannes Jacobus: Disputatio juridica, continens distinctiones veterum juris interpretum, quae magistrales vulgo appellantur, improbatas.
3. Beckmann, Joh. Volk: De illustrationibus imperii Germanici dicasteriis, camerali, Julico, Ratislensi.
4. Beckmann, Joh. Volk: De usu domini eminentis in imperio nostro.
5. Beckmann, Joh. Volk: Diverstatis iudicia, continens prerogationes juris Nobilium de persona et personam.
6. Beckmann, Joh. Volk: An et quatenus principes, comites, barones et alii S. Rom. imperii status in districtibus suis \neq statuta condere possint.?

1666.

7. Beckmannus, Joh. Volk: De compaternitate illu-
strum familiarum in civitate Germanorum.

8^{1st} Beierus, Adrianus: De bonis damnatorum
2 Sauppl. 1666. = 1679

9. Beierus, Adrianus: De terminis motis.

10. Beierus, Adrianus: De injuriis nisi in ini-
riam.

11. Beierus, Adrianus: De culpa imputativa

12. Beierus, Adrianus: De satis dationibus.

13. Cortezius, Adamus: De deposito.


14^{1st} Cortezius, Adamus: De actionibus personalibus
in rem scriptis

15^{1st}. Faekner, Johannes Christophorus: De jure hospitio.
2^{um}.

16. Faekner, Johannes Christophorus: De sals conducta
ad judicium.

1666.

17. Falcken, Johann Christophorus: De facti poena.
- 18^a Falcken, Johann Christophorus: Tura particularia,
3 Tabula et consuetudines. 2 Saupl.
19. Krauß, Petrus Paueratus: De feriis
- 20^a Krauß, Petrus Paueratus: De iustis ac priori
legis personarum universitatibus. 2 Saupl. 1666 et 1769.
21. Richter, Christophorus Philippus: De iure et facto
- 22^a Richter, Christophorus Philippus: Interpretatio
legis 32 § 2. D. U. 2 Saupl.
- 23 Richter, Christophorus Philippus: De successione
ab intestato.
24. Richter, Christophorus Philippus: De Augustissimi
mae domus Austriacae iustis ac praesentibus.
- 25^a Richter, Christophorus Philippus: De concurre
actionum



3203.

28.

Feb, 13

14

DISPUTATIO JURIDICA

DE

DEPOSITO,

QUAM

COELESTI FAVORE AUXILIANTE,

SUB PRÆSIDIO

ADAMI CORTREJI,

J. U. D.

DN. FAUTORIS SUI ÆTATEM
COLENDI,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ARNOLDUS FRIEDLIEB, Stralsf. Pomer.

AUTOR ET RESPONDENS.

LOCO ET HORIS CONSUETIS

AD DIEM VIII JUN.

A. E. O. S. M. DC. LXVI.

JEN Æ, Literis JOHANNIS NISIE





VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, PRÆCLA-
RISIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
DN. M. ALBERTO



Linguarum Orientalium, in Florentissimâ ad
Riccum Universitate, Professori Ordina-
rio dignissimo,

ut &

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE PRUDENTISSIMO
DN. JOACHIMO DADEN,
Reip. Stralsundensis per multos annos Se-
natori meritissimo,

*Dominis Affinibus, Promotoribus, Fautoribus ac Amicis sincerâ
& officiosâ mente colendis.*

S. O.

PLurima, variaque vestra, VIRI HONORATISSIMI,
in me sunt collata beneficia, quæ si recensere insti-
tuerem, spatium pagellæ nostræ, dedicationi desti-
natum,

natum, absumeretur. Hoc autem ne fiat, neque longâ
horum enumeratione nauseam vobis creem, sicco pe-
de benignissimè in me collata præterirem, nisi unicum
adhuc à Tuâ Excell. haud ita pridem mihi exhibitum re-
staret. Id quod si negligerem ingratus imò omnium in-
gratissimus nominandus ego forem. A morte enim Pa-
tris mei piè defuncti non solum hospitio, pariter & fidei
informatione fuisti me dignatus, sed &, de quo in primis
mihi gratulor, me quoque absente, omnem studiorum
meorum salutem quærere manibus pedibusq; ita alla-
borasti, ut fateri necesse habeam, hoc & alia quampluri-
ma hæcenus à Vest. Vest. Amplit. derivata esse majora,
quàm quod digna laude mactari, & convenienti gratia-
rum actione rependi queant. Encomium illud, quod
olim MAGNUS ille ALEXANDER Præceptoris suo fi-
delissimo, Aristoteli scilicet, dedit, Vobis VIRI NOBILIS-
SIMI jure merito à me tribui posse arbitror; cum & ego
à Patre acceperim ut viverem, à Vobis autem, & impri-
mis à tuâ Excellentia, cujus fidei informatione per bien-
nium fermè usus, ut benè viverem. Quæ cum ita sint
diu multumque hæcenus cogitavi, (ne facti vos poeni-
teat) quomodo aliquali saltem grati animi symbolo pu-
blicè contestari possem, me, quem innumerabili bene-
ficiorum vestrorum thesauro cumulaftis, ad immorta-
les grates Vobis reponendas & officia quovis temporis
puncto paratissima, esse obstrictissimum. Sed, me
hæc

hæc ita perpendente, accidit, ut mihi, vires ingenii in e-
laborando aliquo Disputationis genere periclitandas su-
scipienti, Depositi obveniret materia. Quam, cum nul-
la licet levissima materia absque Magnorum Virorum
tutione ob Mimorum virus in lucem prodire possit,
neq; nostra Disputatio horum patrocinio carere videat-
tur, Vobis, VIRI NOBILISSIMI, eâ quâ par est animi
reverentiâ consecrare haud erubui, amicâ mente rogi-
tans, ut tenuem hunc laborem, ceu primum Minervæ
meæ foetum, non solum æqui bonique consulere, sed
& vestro patrocinio honoratissimo dignari velitis. Id
quod beneficium, si aliis antea à me enumeratis su-
peraddetis, ad omnia officiorum genera habebitis me
promptissimum atq; paratissimum. Interim, divinæ
tutelæ ad Nestoreos annos Vos omnesq; Vestros com-
mendans, ad omnia officia præstanda vobis ero

addictissimus

Jenz die 2. Junii
Anno 1666.

ARNOLDUS FRIEDLIEB.





IN NOMINE SACROSANCTÆ &
INDIVIDUÆ TRINITATIS.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEPOSITO.

THES. I.



Arias variorum Politicorum de §. 1
coalitione hominum fuisse sententias, sat
abundè testantur illorum monumenta;
Sunt enim qui existimant temerè, fortui- 2
to casu & ex accidente quasi coaluisse ho-
mines in unum. Vid. Cic. 1. & 2. de Nat. 3

Deor. ; Alii speciosiore, primoque intuitu veriore
ut de hâc ferrent sententiam, Imperia omnia vi primùm
coepisse colligunt. vid. Bod. l. 1. de Rep. c. 6. & lib. 4. c. 1. Alii, 4
qui rem acu tetigisse putarunt, necessitatis ergò homines
coaluisse, aut, ut tuti essent, tam à cœli injuriis; quam ut co-
quinariam addiscerent artem, fuerunt arbitrati. Confer 5
Schönb. lib. 1. Pol. c. 4. p. 8. Verum enimverò horum sen-
tentias juri naturali contrarias, neque ab integerrimo
homine esse probandas ipse princeps Politicorum Aristot. 6
lib. 1. Pol. 2. docet. Naturâ enim ductice in unum coive- 7
runt. Finis autem, ob quem convenerunt, si respiciatur ne-
cessariò quilibet concedere cogitur, utilitatis causâ & ad
A sub-

8 sublevationem indigentiae id fuisse factum. Cum enim
singuli non essent pares suis commodis, & plurima utilia
eis desiderarentur, congregati in pluribus invenerunt uti-
litem, quam in se singuli non habuerunt, quive divisi an-
te, injuriis plurium facile patebant, congregati easdem vi-
9 facile repellebant. Quò inclinare videtur Tacitus in vi-
tâ Agricol. Nec aliud, inquit, adversus validissimas gen-
tes pro nobis utilius, quàm quod in commune non consu-
10 lunt. Rarus duabus tribusque civitatibus ad propulsan-
dum commune periculum conventus, ita dum singuli pu-
gnant, universi vincuntur add. Marc. Zuer. Boxhorn.
11 Inst. Pol. lib. 1. c. 2. explanat. Ex quibus apparet, societa-
tem civilem non solum eò collimare, ut in societate civili
videntes adversus extraneos sese eò firmiter tueri, sed & si-
bi invicem in vitâ communi eò melius subvenire valeant,
instrumentis vitæ inter se communicatis, aliud pro alio
12 dantes atque recipientes. Hinc permutatio, de quâ Ari-
13 stot. lib. 1. Pol. c. 6. Quoniam verò hæc necessitatem il-
lam, quâ premebantur homines, per omnia haud explere
poterat, ideoque inventus fuit nummus qui contractibus
14 amplissimis locum dedit vid. l. 1. princ. ff. de contrab. empt.
15 Sæpè etenim nummus ita datur, ut recipiatur alia res, quâ
quis indiget; Sæpè ita transfertur ut alter illius fiat domi-
16 nus, ex illo utilitatem habeat, & aliquando restituat; Sæ-
pè alteri custodiendus datur, ut ille, qui custodiendum dat
17 nummum vel aliam rem, illius maneat dominus; Sæpè
aliis modis & conditionibus Synallagmata & contractus
18 celebrari solent. Qui propterea variis nominibus infi-
gniuntur, cum sint, qui dicantur Reales; alii Verbales;
19 alii Literales, alii denique Consensuales. Cum autem mei
instituti non sit, pertractare materiam contractuum, sed
solum

solùm de aliquà specie Contractuum Realium, scilicet
Deposito, agere, fundamentum Depositi attingam neces-
se est, quod unicè in amicitia requiescit. Quid enim ami- 20
citiae humanae convenit magis, quàm recipere res alterius 21
ad custodiam sui? Quid, è contrario, iniquius, quàm recu-
sare illud, quod sine incommodo & dispendio rei suae fieri
potest? De hâc ergo materia, pro ingenii tenuitate, exerci- 22
tium causâ, paucissimis agam.

THES. II.

DEPOSITUM est, quod custodiendum alicui datum, ex §. 1
eo, quod ponitur *l. princ. ff. Depositi & contra*, vel ali- 2
ter: Deposito est contractus realis, seu traditio rei gra- 2
tis custodiendae, & ad libitum deponentis in eadem spe-
cie reddendae.

THES. III.

DEPOSITUM I. DEPOSITUM; Hoc est triplex (1.) sequestrarium, §. 1
quod est, quando res aliqua litigiosa sub hâc conditio- 2
ne traditur Sequestro, ut retineat, donec ex causae decisio-
ne constet, cui debeatur. Sequester verò dicitur apud 3
quem plures eandem rem, de quâ controversia est, depo-
suerunt *l. 110. sequest. de V. S.* & hoc casu deponentes amit-
tunt rei depositae possessionem quae in sequestrum trans-
fertur *l. interesse de acq. possess.* nisi aliter inter illos fuerit
conventum. De hoc deposito scilicet in Definitione no- 4
stra sermo non est. (2.) Deposito est, quod fit, causâ im- 5
pediendarum usurarum, ut, quando Debitor offert Cre-
ditori pecuniam suam debitam, quam recipere Creditor
recusat. Hinc Debitor, ad evitandum cursum usurarum, 6
consignat eam, deponitque in publicum, aut sacram 7
ædem. De quo est textus in *l. 19. acceptum & ibi Gloss.* 7
Cod. de Usuris. Sed nec hujus depositi mentio fit in no- 8

A 2 strâ

9 strâ definitione. (3.) Depositi est, quod simpliciter cu-
stodiendæ tantum causâ fit, ut, quando quis apud Ami-
cum rem suam custodiæ ergo deponit, ita, ut dominium
10 & possessio penes deponentem remaneat; Et pro subitu
11 hoc depositum potest revocari. De tali autem nostram
12 Definitionem loqui volo. Ut tandem essentia & natura de-
positi nostri eò meli9 innotescat differentiam ejus à seque-
stratione paucis ostendâ, quæ in eo consistit, quod (1.) unus
possit deponere rem aliquam, sequestrare vero non nisi
plures *l. 17. Licet Depositi vel contra. 2.* quod sequestratio
13 semper requirat rem de quâ fuit orta controversia; Secus
14 verò in deposito. Est autem Sequestratio duplex vel Vo-
luntaria vel Necessaria s. judicialis. Voluntaria, uti con-
stat, fit ex partium conventionem *l. 17. ff. d. t. & regulariter*
15 *est permittâ l. 5. §. 1. 2. l. 6. ff. eodem.* Necessaria s. judicia-
lis fit essentiâ judicis & est regulariter prohibita *l. unic. C. de*
prohibit. sequestr. pecuu. Maximè in pecuniâ *d. l. unic.*
Videatur Jcti consummatissimi Magnifici Dn. D. Struvii
Syntagma Juris Civilis Exerc. 21. tb. 40. Scotan. ad Tit. 4. lib.
4. Cod. p. 273. Wiessenbach. Disp. 31. lib. 6. §. 20. p. m. 314.

THES. IV.

§. I **D**IXI II. est REI. Inter substantialia hujus contractus
Realis, Depositi scilicet, recensentur Res, quæ deponi
2 & custodiæ asservandæ causâ tradi possunt. Omnes ve-
rò res, quæ sub custodiam cadunt, possunt etiam venire in
depositum in impropriâ significatione sumptum, sive sint
res controversæ, sive non, sive mobiles, etiam quæ ponde-
re, mensurâ, & numero constant *l. 24. l. 25. §. 1. b. t. sive*
3 *immobiles argument. l. 72. de V. O.* Longè autem aliter in
Deposito proprio, quod opponitur Sequestro, res se habet,
4 quod solum rerum mobilium est. Verum, circa hæc quæ
dicta

dicta, solet suboriri quæstio. (I.) Utrum etiam res immo- 5
biles possint deponi? Quæ quamvis multorum dubitanti-
um opinione circumventa est, haud tamen negativam 6
tueri sententiam erubesco. Rationes autem quæ me in-
stigent sequentes sunt (1.) quod in immobilibus cesset cu-
stodia, quæ tamen unicus finis & effectus est Depositi. (2.)
quod in Textibus, quæ de Deposito agunt tantummodo
fiat mentio rerum mobilium ut *l. 1. §. 9. 11. 12. 13. 14. 21. 22.*
32. 33. & seqq. l. 7. passim b. t. (3.) Quod curâ rei immobilis
potius dicatur mandatam contrahi ejusque naturam in-
duere *l. 1. §. 12. eodem.* adeò, ut longè utilius sit domino ma-
gisque usitatum, propter præstationes graviores, illis rebus
ex mandato substituere custodem. *arg. l. 1. C. mand. vel*
contra & arg. l. 1. §. 1. pr. de Procur. Vide Magnif. Dn. Stru-
vii Jcti consummatissimi *Syntagma Juris Civilis Exerc. 21.*
tb. 35. Addi quoque præterea potest, quod res immobi- 7
les non poni possint, quo minùs & deponi. A quo enim 8
removetur notatio, ab eodem etiam ipsum notatum re-
moveri necessum est. Hoc igitur Depositum, quod fit in 9
rebus immobilibus, suscipere potius speciè mandati quàm
depositi & in impropriâ significatione sumi, nemo, cui ve-
ritas cordi est, ibit inficias. *Hotom. Giphani in l. un. C. de pro-*
hibit. sequestr. pecun. Don. 14. c. 2. & 24. comm. 4. Arum. Exerc.
12. & 14. (II.) An etiam res mobiles animatæ v. gr. homo 10
possit deponi? Affirm. Textus enim generaliter loquuntur
de rebus mobilibus, ad quas referendæ quoque erunt res se-
se moventes vel animatæ. Et quidem, si res animata sit 11
litigiosa, in specie hoc depositum sequestratio dicitur.
Confer. tb. 3. §. 11. Et hoc modo justificatum fuit in C. 12
Imperiali d. 20. Decembr. Anno 1535. inter Georg. Gans-
horn & Hansen Meiers/ dum hujus Hans Meiers filiam
A 3 nomi-

nomine Sabinam, de quâ inter duos Sponfos lis erat, apud honestam matronam deponi & sequestrari mandarunt Camerae Assessores hânce formalibus: In Sachen 2c. ist er/ Pant/ daß gemeldete Sabina bei einer ehrlichen nahmhaff/ ten und ansehnlichen Frauen/ (derer sich beede Theile in Zeit 4. Wochen vergleichen sollen) sequestriret seyn/ und bei derselben bis zu Ausführung fürgenommener Rechts fertigung ehrlich erzogen/ auch ohn allen Argwohn und gefährlichen Zugang vertrauet und enthalten werden sol/ und da sich die Partheien der Frauen halben in gemelder Zeit nicht können vergleichen/ daß alsdann N. Bischoff die gedachte Sabina obberührter Massen zu einer ehrlich/ chen/ nahmhafften Frauen/ also/ wie gemeldet/ vertrau lich zu enthalten/ versehen und verordnen/ derhalben auch Mandat und Sequester erkant seyn sollen. add. text. in c. 2. & c. tua fraternitas de Sponsâ duorum extr. de sent. & res judic. Natta part. 2. cons. 250. n. 9. Gail. lib. 1. observ. 112. n. 13 15. Hoc porro de rebus mobilibus imprimis observatu dignum est, quod nonnunquam ut species s. corpora; nonnunquam ut quantitates; nonnunquâ ut sint res dividuæ 14 vel individuæ deponantur. Si enim vel plures deposuerint, vel unum deponente plures in successione sequuti sint, ex illis rebus quæ patiuntur aliquam divisionem, (ut pecunia numerata, aliæque res fungibiles arg. l. 2. de V. Ob.) Depo sitarius tenetur cuilibet, pro parte, restitutionem, & singu 15 lorum est periculum l. 1. §. 36. b. junct. l. f. C. eodem. Res autem individuæ v. c. Homo, Equus, Leo &c. uni petenti integra est restituenda quod scilicet divisionem facti non recipiat, modo si cautio præstetur contra socios & cohæ redes, quâ recusatâ, ipse deponendo in æde sacrâ liberabi 16 tur. d. §. 36. Eodem modo se res habet in speciebus à plu ribus depositis, quippe singuli in illis singulis partibus ha ben-

bentur pro indiviso atq. l. 29. de solut. Si autem accidat 17
ut uni una pars restituatur, cœteris pereuntibus, decipiens
pro rata socios tenetur, nec enim diligens fuit in portione
suâ exigenda, quippe partem habebat in singulis partibus
pro indiviso, & unam tamen integram accepit. Cœte- 18
rum circa hanc Depositi speciem hæc movetur quæstio.
Si deponens Depositario tradat cistam obsignatam, post-
modum autem repetens illam invenit apertam, resque ex
illâ sublatas quid juris? Resp. distinguendo, an cista bene
clausa fuerit, adeò, ut facto hominis aperiri non potuisset,
an verò aperta, malè tamen fuerit clausa, adeò, ut facili ne- 19
gotio effringi potuerit. Priori casu tenetur Depositarius,
quia præsumptio est contra illum propter facinus naturæ
depositi repugnans, quod scilicet cistam aperuerit, aut
non custodiverit, ideoque si probato deposito aëtor jura-
mento designet res cistæ inclusas vel juret in litem, Depo-
sitarius in quantitatem juratam, ad Judicis sententiam, 20
condemnatur. Posteriori verò casu non tenetur De-
positarius, sed periculum manet penes deponentem. Ex- 21
ceptio verò in casu hoc admittitur, si de Hospitis aut De-
positarii certò constet probitate atque integritate adeò, ut
in favorem ejus probitatis ad juramentum purgatorium
admittatur. De his consule Menoch. 2. arbitr. jud. cas.
208. n. 16. & seqq. Jul. Clar. 5. rec. sent. §. furtum n. 27. Jo-
seph. Mascard. de probat. conclus. 507. n. 1. Egregiè autem 22
hæc omnia corroborantur Responso Facultatis Juridicæ
Helmstadiensis ad Senat. Goslar. Anno 1638. d. 8. Jun. his-
ce verbis: *Das gemeldeter Beklagter die fürgewandte ge-
waltthätige Abnahme des bei ihm deponirten Rüstlastens/
und darin verschlossener Sachen/ wie ihm auferleget/ und
er sich zu beweisen unternommen/ der Gebühr nicht darge-
than*

than und erwiesen/ sondern wenn vorhero gemeldeter Klä-
ger mit einen körperlichen Eide erhalten wird/ daß die def-
signirte Sachen wie *sub num. 9.* bey den Actis befindlich/ in
solchen Kasten verschlossen gewesen/ dann auch die Judin
Juditte und ihr Mann Isaac Jude/ durch gewöhnlichen
und wohlgeschärfften Juden-Eid nachmahls darthun/ daß
der specificirte Perpetuan Rock/ Stück von einer Gardi-
nen/ und denn aufgesetzte güldene Corallen von Beklag-
tens Eheuweibe an sie verkaufft/ alsdann er Beklagter alle
solche in mehr gedachten Kasten gewesene Stücke hinwie-
der herbeizuschaffen/ dieselben oder den billigen Werth dar-
für/ welcher von euch der Rath als Richter zu taxiren und
zu moderiren, zu erstatten schuldig/ im Fall er solches/ Un-
vermögens halber/ zu thun nicht vermocht / wäre er Be-
klagter Ampts halber ernstlich zu befragen/ wohin er alle
die bei ihm deponirte Sachen verpartiret und verkaufft/
und wann er also noch nicht richtig zugehen würde/ mit
Vorstellung und Darlegung der zur peinlichen Fragen
gehörigen Instrumenten/ die Warheit zu bekennen/ zu bes-
trauen/ auch endlich zu gründlicher Erkundigung mit der
Tortur doch menschlicher Weise zu belegen/ und seine also
gethane Aussage mit Fleiß zu protocolliren, darauf dann
an benandten Verthern ferner Inquisition anzustellen/
auch sonst nach Befindung ergeheth was recht ist. *B. N.*
23 *B.* Ad exceptionem autem prædictam pertinet quod
responsum Casparo Vornhagen 7. Maj. Anno 1638. verb.
Daß sie beide als redliche Biederleute die gutes Nahmens
zuder anerbottenen Eidesleistung/ daß sie an den bei ihnen
hinterlegten Beutel keine Untreu beweisen / noch daß sol-
ches geschehen/ einige Wißenschafft oder Schuld hätten/
zu admittiren seyn *B. N. B.* ceu refert *J. C. tus Celebra-*
tis.

tis. Dn. Hahn. *ad tit. Depos. p. m. 953.* In omnibus itaque 24
præstare debet Depositarius fidem, si probi & candidi De-
positarii nomine insigniri velit, & quidem ex ipso contra-
ctu reali, quem, quamvis non expressè, sed tamen tacitè,
iniverunt: Si autem, postpositâ fidelis Depositarii fide, 25
hunc scilicet contractum intermittit, non solum ad resti-
tuendum potest cogi, sed & convictus infamiz maculâ
notatur, & consequenter si in summo constitutus est ho-
nore, ab illo potest à probatione removeri, unde pluribus
infra. At verò si pecuniam in folle aut in sacculo signa- 26
to habens Viator deposuerit (wann der Viator seinen ver-
sigelsten Kasten oder Satteltasche dem Wirthe auffzuhe-
ben gegeben hette) in quâ res magni pretii fuisse dicit, il-
laque fuerit sublata, quæritur: An deficiente probatione 27
(quæ scilicet fuerit quantitas rerum ablatarum) Depo-
nentis iurijurando in litem standum sit, si res aliquas ex
eâ subtractas quærat, juxta definit, *l. si quando 9. C. Un-*
de vi? Non malè distinguunt si commissurâ vel alia sac- 28
culi læsione vitiatus ille sacculus aut vis adhibita stari de-
bere juramento Deponentis *d. l. si quando.* Sin, audiatur
potius depositarius jurejurando se purgaturus. Prius di- 29
stinctionis membrum procedit: modo hæc adjiciatur li-
mitatio si deponens ejus sit conditionis ut constet eum
res pretiosas habuisse: Nam si manticularius sacculum 30
aut follem deposuerit, lupinos potius in eo, quàm unio-
nes fuisse credendum est Castrenf. Costal. *in l. 1. §. si cista.*
ff. depositi. Menoch. 2. *de arbitr. Jud. Cas. 208. n. 26.* &
seqq. Gometz. 2. *res. 7. n. 2.* Mascard. *de probat. vol. 1.*
concl. 472. n. 14. Duar. *in l. 5 ff. de in litum jur. n. 53.* Beust.
ad rubricam. ff. de jurejurando p. 46. Tulden. *ad tit. C.*
depositi n. 4. Schneidwin. *ad s. ult. Instit. de obligat. que*
B quasi

31 *quasi ex delict. nasc. n. 5. Peretz. C. tit. n. 7.* Cum igitur
Depositum necessario debet restitui, non leve sub oriri
32 posset dubium. Utrum cuilibet Deponenti sit restitu-
dum? Si id quod antea de Deposito diximus, quod scili-
cet absque mora restitui debeat, sequi vellemus, affirma-
tiva hoc loco esset ponenda, sed si casus quosdam specia-
les & varias personarum circumstantias intuemur, ut di-
33 stinguendo respondeamus, nobis injungitur. Si enim e-
jus ætatis sunt, qui rebus suis præesse possunt, aut si in illo-
rum numero, quibus venia ætatis à Principe, aut ab alio,
penes quem est illa potestas, Comite Palatino scilicet, da-
34 ta est, absque ullâ morâ tradi debere, nullus ambigo. At
longè aliter se res habet, si deponens sit jam talis, cui solve-
re jure vel non licet aut expedit, ut furioso, prodigo, &c.
aut propter status immutationem *l. 31. b. t.* aut si res fur-
35 to ablata apud verum Dominum ejus deponatur. Ra-
tio est, quod licet sit juris naturalis reddere depositum, va-
riè etiam determinari possit jure positivo, ratione circum-
stantiarum, attamen, quod etiam jus sit justo melius. *E-*
thic. 14. & non modo civile jus sed & naturale admittat
36 æquitatem. Et huc spectat illud Ciceronis *lib. 3. de Offi-*
ciis: Si gladium apud te quis sanâ mente deposuerit, re-
petat insaniens? reddere peccatum sit, non reddere offe-
37 *cin n. Quod si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bel-*
lum infert Patriæ, reddas: depositum; non credo, fac-
38 *cies enim contra Remp. quæ debet esse carissima. Sic*
multa quæ honesta naturâ videntur esse, temporibus fi-
unt non honesta. Addatur Sot. de J. & J. q. 7. a. 2. c. 4.
Azor. p. 3. l. 7. c. 8. in f. & isthæc non nihil aliter explicat
39 *Grot. in lib. de jure b. & p. l. 2. c. 10. n. 1. & seqq.* Cum itaque,
uti in prioribus dictum est, absque morâ illis, qui sanæ
mentis

mentis sunt, Depositorum debeat restituere Deposita-
rius, haud incongruè adhuc addi posset hæc, quæstio, 40
An liceat depositario, si impensas in re depositâ fecerit,
illas à Deposito detrahere, aut tamdiu retinere depo- 41
situm donec solvantur? Primo quidem intuitu probè
distingendum esset, an impensæ essent utiles an neces- 42
sariæ, & respondendum quod non propter utiles arg.
l. unic. §. 5. vers. nec impensas. C. de rei uxor. action. sed
propter necessarias retineri posset Depositorum, ex hæc ra- 43
tione, quia in omni re, si impensæ necessariæ sint fa-
ctæ, retentio valet. Verum sententia hæc est mutanda, 44
& verior sequenda, quæ est in *l. u. C. b. t. §. 30. Instit.*
de Action. ubi generaliter nec retentio nec doli exceptio
permittitur.

THES. V.

Dixi III. traditio rei custodiendæ non utendæ, in quo §. 1
differt à commodato: Si enim alicui quid commo- 2
dati traditur, Commodatarius re illâ uti potest pro lubi- 3
tu, modò ipsius rei substantia maneat. Id quod in De- 4
posito non accidit, nisi expresso pacto inter Deponen-
tem & Depositarium fuerit conventum. Talia verò de- 5
posita quæ certo pacto fiunt, dicuntur irregularia, mixta,
imò & impropria. Irregulariter fieri dicuntur, si pecu- 6
nia vel quantitas cum permisâ aliquâ utendi facultate
est deposita. Tunc ex tali deposito mutuum fit & de mu- 7
tuo participant ejusmodi deposita, quæ &, secundum
illa quæ dicta, mixta non incongruè appellari possunt. 8
Mutata est enim natura Depositi in mutuum. At verò 9
si pecunia obsignata fuit deposita, quæritur an illius usus
videtur esse concessus? Certum est, depositæ pecuniæ u-
sum non posse dici concessum, adeò, ut eum adsumens in-

vito Domino furti teneatur *l. 29. in princ. b. t. l. 3. C. eo-*
10 *dem.* Quod & idem dicendum si non ob signata data sit
reddenda in specie secundum naturam Depositi *d. l. 3. 6.*
11 *b. t.* Sed ab hac regula datur exceptio, si deponentis con-
sensus expressus vel tacitus, ut re illâ utatur, intervenerit.
12 Expressus autem Domini consensus exinde colligitur,
quando Deponens apud Depositarium, cui custodiam
13 committit, rem sub conditione deponit, ut si velit pecu-
niâ illâ uti possit. Tacitus exinde colligitur si scilicet De-
ponens scit rem à Depositario consumptam & tamen non
14 repetit, tunc videtur Depositario concedere usum rei.
15 Priori modo, antequam res fuit mota fit mutua *l. 9. §. 9. ff. de reb. cred.* Posteriori verò non prius quàm fuit mota.
16 Quamvis autem custodia rei depositæ videatur ex hoc
contractu reali, non verò usus concessus *l. 1. §. 9. & seqq. b. t.*
sæpius tamen accidit, ut ex malitiâ & improbitate Depo-
sitarii, cum re illâ depositâ nõ solùm utatur, sed postulan-
17 tibus seu repetentibus tradere recuset, ex Deposito mu-
tuum fiat. Hinc illa quæstio: An Depositarius, si re de-
positâ fuerit usus invito Domino, postmodum autem re-
sciscienti Domino vel ejus hæredibus teneatur præstare
18 usuras, facile potest decidi. Ex dictis enim constat, quod
custodienda, non utenda res fuerit tradita, quapropter
cum naturam Depositi mutavit, tenetur & præstare, quod
19 mutuario competit. Non enim solùm non custodivit
hoc depositum, sed & in suum usum contulit, & conse-
20 quenter ex Deposito, quod custodiæ gratiâ erat traditum,
mutuum fecit. Pro tali ergo Deposito, non ut De-
21 posito, sed ut mutuo tenetur usuras. De mutuo e-
nim constat, quod mutuaris à tempore illo, quo rem
mutuam accepit ad tempus usq; restitutionis debeat sol-
vere

vere mutuanti usuras. Nullum itaque dubium relin- 22
quitur, quod non competat Depositario Deponenti dare
usuras. Si verò debitor Creditori suo pecuniam apud 23
alium deponat, ille autem deposito illo utatur in rem su-
am convertens, adeò ut fermè nihil residui maneat, quæ-
ritur quid juris, An Creditor debeat esse contentus illa
depositione, an deponens debitor scilicet adhuc teneatur
Creditori persolvere illud debitum? Hanc quæstionem 24
si velimus rectè decidere observare debemus, an legitimè
an illegitimè facta sit illa depositio. Legitimè autem fieri 25
dicitur si Depositionem ipsam præcedit oblatio iusta *l. ac-*
ceptam. 19. l. ult. C. de pignor. act. Hæc verò in eo consistit 26
(1.) ut debitor sit paratus rem debitam præsentem trade-
re, eamque Creditori ad solutionem repræsentet uti ex
multis probat Georg. Schults *in tr. de oblatione & depo-*
sitione pecunie c. 4. n. 2. Ferrar. in pract. in form. libelli ad
primum comprom. super verbo legitimè obtulit n. 2. ubi
dicit, quod pecunia possit exbursari & tradi & inde in bur-
sam transferri &c. Non autem semper opus est, ut pe- 27
cunia, vel alia res, quæ debetur, in iudicio offeratur, sed
oblatio etiam extrajudicialis à morâ excusat debitorem,
ut proinde ejus sc. Creditoris sit periculum *l. qui decem*
27. in princ. ibique Bart. l. Celsus 23. § fin. ff. de recept. ar-
bitris. l. 51. ff. de action. empt. Neguzant. de pignoris 5. part.
3. memb. 3. n. 2. Zang. d. l. n. 77. & 79. Hering. tr. c. 5. n. 380.
Sic & in collegio Juridico Jenensi Anno 1622. mens. O- 28
ctobr. Thomæ Nothen Civi Ronneburgensi fuit respon-
sum: *Habt ihr ewren Glaubigern die Gelder außzahlen/
Er aber dieselben nicht annehmen wollen/ so ist er in morâ*
accipiendi unzweiffentlich gewesen. (2.) Quoque obla- 29
tio iusta consistit in eo, ut integrum debitum scil. fors

B 3

cum

cum usuris suis tradatur l. qui Roma 122. & l. si ita 126. ff.
de V.O. l. 9. C. de solut. & liber. l. 6. & l. 19. C. de usuris. l. ult.
30 C. debiti pign. vend. imped. non poss. Et sic Scabini Co-
burgenses die 16. Julii Anno 1622. Johann Sperling zu
Gotha responderunt: Dieweil die vollständige Kauff-
Summ den Käufer nicht zuvor offeriret / und vff Ver-
weigerung obsigniret. So ist solche Hinterlegung zu
31 rechte nicht kräftig. (3.) Ut oblatio sit legitima, legi-
timo & idoneo loco fieri debet, in quo debitum exigi po-
test l. mora. 32. ff. de Usur. l. si soluturus 39. ff. de solut. l. 9.
ibique Bald. & Dd. C. eodem. l. 122. in pr. ff. de V.O. Landr.
32 lib. 1. art. 65. vers. alle Schulden. Et secundum hæc in
collegio celeberrimo Jenensi mense Febr. Anno 1623. Ge-
orgio Töpffern / Gerichts-Herrn zu Uhlstette / fuit re-
sponsum h. verbis: Wann gleich gedachter Pfeiffer auf
gesetzete Zeit zur Wiederbezahlung an verschriebener
Churfürstl. Münze sich offeriret / aber Christoff Wilde
dieselbe / ungeachtet sie im Churfürstenthumb Sachsen
noch gangbar / nicht annehmen wollen / deshalb Pfeiffer
am 22. Febr. solche Gelder deponiret &c. So ist Pfeif-
fer durch beschehenes Depositum von seiner Schuld nicht
liberiret / sondern Christoff Wilden zu erlegen schuldig.
33 (4.) Oblatio si sit pro legitima habenda fieri debet etiam
debito & opportuno tempore: uti hoc in casu in collegio
34 auf der Obersteig-Mühl zu Eisenberg. (5.) Oblatio
etiam fieri debet in eadem monetâ quæ fuit tempore
contractus l. cum quid 3. ff. de R.C. l. 69. ff. de contrab. empt.
35 Novell. Elect. August. Const. 28. part. Ad omnem autem
legitimam depositionem non solum requiritur justa &
36 legitima Oblatio, sed & Obsignatio. Non enim sufficit
Sola

sola oblatio licet judicialis sit absque obfignatione *l. obfi-*
gnatione 9. C. de solut. l. 19. C. de Usuris. Anton. Fab. *tit.*
29. def. 6. & def. 53. Zang. *c. 2. n. 79.* Dicitur autem hæc *37*
legitima consignatio si Debitor Creditori ad videndum
deponi citato pecuniam in præsentia judicis prius ad-
numeraverit. Non enim valet consignatio si nec nu- *38*
merata nec ostensa sit pecunia, sed tantum in sacco aut
folle, ut ajunt, deposita, *d. l. 9. & d. l. 19.* Zang. *d. c. 2. n. 83.*
& Faber. *dict. defn. 54. n. 5.* Et ita in Collegio Jenensi il- *39*
lo celeberrimo mens. Septembr. Anno 1622. ad requisitionem
Consulis zu Magdala Johannis Torschen pronunciatum fuit:
Wann das Geld zuvor nicht angeboten/
noch der Creditor dazu citiret / so ist die Hinterlegung
Practisch. Videatur JCrus Consummatissimus Dn. Rich-
terus *in Decis. 85.* Hæc ergo duo requisita justa scilicet obla- *40*
tio & legitima consignatio ipsam depositionem præcede-
re debent. Si hæc negliguntur haud justa & valida est de- *41*
positio, ideoque, sive pecunia deposita furripiatur; sive do-
lo Depositarii; sive magistratus Imperio in ærariū trans-
feratur, ut *in l. Creditor. 102. de solut.* in publicos usus con-
vertatur, periculum non ad Creditorem pertinebit, sed
ad debitorem qui nihilominus ad solutionem tam sortis
quàm usurarum est condemnandus. Quæ enim fortui-
tis casibus veniunt semper ad morosum spectant *l. si ex le-*
gali 23. & seq. l. 91. §. sequitur ff. 3. de V. Obl. Zang. *d. loc.*
Fab. *dict. defn. 7.* Et hoc casu tenetur Debitor Credi- *42*
tori suo debitum, etiamsi deposuit, de novo restituere.
Habet autem regressionem ad decoctorem, adeò ut ab il- *43*
lo rem, custodiae causâ datam, reposcere, & ni tradat, inju-
ria notâ eum afficere possit. Consideratis ergo, quæ cir- *44*
ca hanc questionem consideranda venerunt, facile deci-

di potest, scilicet quod diverso respectu tam ad debito-
rem, quam ad creditorem pertineat periculum depofi-
46 tionis. Si legitimè facta ad Creditorem, si illigitimè ad
Debitorem, spectat incommodum, adeò, ut si res fuerit
consumpta Creditori restituere debeat. Anton. de Gem.
82 decis. Lusitania 189. Hering. de fidejussoribus. c. 20. §. 27.
47 n. fin. Nihil verò aliud ipse Depositarius præstare debet
Deponenti, quam si dolo aut latâ culpâ aliquid factum
48 est. Naturâ enim contractus ad nihil aliud adstringit
Depositarium, quam ad dolum aut latam culpam, quia
nulla ejus sed Deponentis est utilitas l. 5. §. 2. commod. l.
49 23. de R. J. l. 1. §. 1. & fin. junct. l. 32. b. t. At verò lata cul-
pa hoc loco non sumitur tantùm pro indeliberatâ devia-
tione ab eâ diligentia, quam homines in communi exer-
cent, sed & quando quis minorem rei depositæ adhibet
50 diligentiam quam suis propriis. Et dicitur culpa lata in
concreto quam innuit Bart. in l. 23. b. t. & eleganter ex-
ponunt Bach. ad Treutl. d. 10. th. 5. D. & d. l. 26. th. 2.
item ad §. final. Instit. de sociis ad Wesenb. b. t. & Dn.
Frantzk. exerc. 9. q. 19. ac novissimè in commentario ad b. t.
51 n. 70. & seqq. Verbi gratiâ si quis in rebus suis exactissi-
mam adhibet diligentiam is si diligentissimus non est in
Depositis, levissimam quidem culpam committit in ab-
52 stracto, sed latam in concreto, Si autem negligens sit in
rebus suis propriis non nocet, si in re custodienda sit talis,
licet eam diligentiam, quam hominum natura in abstra-
cto desiderat, non adhibuerit. Imputet enim sibi Depo-
53 nens, quod non diligentiozem elegerit. Exceptio tamen
datur (1.) si aliter convenerit v. g. si Depositarius pacto
aliquo aut certâ aliqua conventionem exactam in se susce-
perit diligentiam l. 1. §. 6. b. t. (2.) si illius causa duntaxat

taxat contrahatur l. 1. §. 35. b. t. puta quando Deponens
quærebat aliquem diligentissimum, Depositarius autem
se offerendo talem exclusit, vel ut alii volunt ubi contra-
ctum est depositum in utilitatem solius depositarii d. l. 4.
b. t. Panormit. in c. bona fides b. l. n. 3. Molina tr. 2. d. 527.
n. 5. Filliuc. tr. 34. c. 1. n. 24. (3.) Si moram perpeffus
Deponens in restitutione l. 12. §. eodem. (4.) Si merce-
dem acceperit, hunc in finem, ut exactissimam diligen-
tiam velit præstare l. 1. §. 9. b. junct. l. 5. §. 2. commod. c.
bona fides b. t. In his casibus recensitis levissimam præ- 54
stare tenetur culpam. Casus autem fortuitus, si incendio 55
fortè, aut alio casu, qui non culpâ Depositarii existit, res
absumatur, ad Deponentem spectat l. 20. b. t. l. 1. C. eod-
dem. Excipitur tamen ab his (1.) si aliter convenerit 56
l. 1. §. 35. b. t. (2.) Si causâ aut morâ Depositarii res illa
consumpta fuerit l. 12. §. 3. eodem. Hoc si accidit, Depo- 57
sitario incumbit probatio, rem scilicet periisse non suâ
culpâ, sed ex causis extrinsecis naturalibus v. c. terræ mo-
tu l. 15. §. 2. locat. violatione ventorum, inundatione aqua-
rum l. 25. de R. J. ruinâ §. 2. quibus mod. re contrab. ob- 58
lig. & c. Quibus contingentibus postquam de iis rectè
constat culpæ probatio incumbit eam alleganti h. e. qui 59
deposuit s. Deponenti. Si autem casus, qui diligentia
Depositarii præcaveri potuisset, supinâ, ipsius negligentia
ortus; v. c. furtum & aliquando incendium ortum ex ne-
gligentia, diligentiam probare est Depositarii eam alle-
gantis juxta Br. in l. si quis. §. an verò n. 4. & seq. de edendo.
Secundum hæc fuit pronuntiatum in collegio Helmsta- 60
diensi Anno 1642. 16. Junii his verbis: Daß beklagter H.
B. zu den verbotenen Eide nicht zu verstaten / sondern
Kläger H. P. und G. H. auf vorgehende ernstliche Vera-
C warnung

warnung des Meineides einen Eid zu Gott und auf sein
 heiliges Evangelium zu schweren oblige / daß sie die spe-
 cificirte Posten / nemlich er H. P. 5. Malt. 5. Himbten
 Korn / 7. Malt. Habern / 2. Malt. Erbsen bey Beklagten
 oder dessen Hausfrauen uff ihren Boden durch sich oder
 andere würcklich geliefert. Ob dann wol Beklagten und
 seiner Hausfrauen des Mangels halber nicht bewust seyn
 mag / dieweil sie doch Boden-Zins genommen / auch selbst
 geständig / daß der Boden / worauff die Früchte geschüttet /
 zuweilen unverschlossen geblieben. So seyn die mangeln-
 de Früchte / so von Klägern eidlich erhalten werden möch-
 ten / ihnen hinwieder zu erstatten schuldig. **B. A. W.**
 61 Vid. Magn. Dn. Hahn. *ad h. t. p. 962.* Coeterum adhuc
 quæstionis est. Si Depositarius oborto incendio res suas
 rei depositæ prætulit, quas servare potuisset, an teneatur?
 62 Negativè quamvis responderi possit, quoniam ex prædi-
 ctis constat quod saltem dolum præstet Depositarius, pe-
 riculum rei sustineat ipse deponens, & quod quilibet, uti
 commune est proverbium, sibi sit proximus adeò ut res
 63 suas aliis in causâ necessitatis præferre debeat. Attamen
 quoniam affirmativa longè prævalet, eam sequuti re-
 spondemus, quod teneatur omnino. (1.) Quia præsumi-
 tur dolum subesse in liberatione rerum suarum, relictis
 alienis, quarum custodiam promisit. (2.) Quod propte-
 rea teneatur commodatarius *l. 5. §. 4. commod.* quippe in
 Deposito diligentia consideratur in concreto ideoque ad-
 hibere debet ejusmodi diligentiam, qualem rebus suis
 non minorem *l. 32. depos.* vid. Steph. de S. Gregor. *de præ-*
 64 *cip. jur. & just. part. 1. 2. c. 27. n. 12.* Et secundum hæc ce-
 leberrimum collegium juridicum Helmstadiense pro-
 nunciare haud erubuit d. 23. Novembr. Anno 1649.
 Thut

Ehut sichs berichteter massen verhalten/und hat H. J. bey
entstandener Fenersbrunst seine eigene Kleider und Sa-
chen fast eben an den Ort/wo das bey ihm deponirte Geld
gewesen/gerettet/ermeldtes depositum aber hinterlassen/
und nicht mit heraus genommen. Dieweil ihn dann we-
gen solcher anvertrauten Gelder ohn verletzten guten
Glaubens keinen geringen Fleiß / als er an seinen eigenen
Guthe gethan/anzukehren gebühret/und obgelegen. So
ist J. C. solche deponirte Gelder zu erstatten schuldig.
B. N. W. Consul. Magn. Dn. Hahn. *ad hunc tit. p. 963.*

THES. VI.

HActenus exposui, quid incumbat depositario circa §. 1
rem custodiendam, jam ostendendum erit, quid in-
cumbat ei circa rem depositam restituendam; scilicet
Restituenda est res deposita in specie idque regulariter 2
quando scilicet species deposita est vel pecunia, vel quan-
titas alia obsignata, quæ naturam quodammodo corporû
seu specierum per hoc induit & propterea dicitur regula- 3
re; vid. Franzk. *loco citat. n. 23. seqq.* Quæretur vero quid
juris in casu quo cum deponente concurrunt creditores 4
depositarii. Equidem res indubia est in casu, quo in spe-
cie depositum restituendum, quum nihil sit, quod arro- 5
gare sibi possint creditores, nisi res sui debitoris. Jam ve-
rò depositum non est debitum, cujus proprietates & posses- 6
sio mansit penes deponentem. *l. licet. 7. in fin. ff. depositi.*
quæstio ergo tantum est de eo casu, quo dominium tran- 7
sivit, veluti quando conceditur rei usus, ut in *l. Lucius 24.*
cum seqq. ff. depositi. Disting. ex *l. 7. §. quoties. ff. depositi*
inter eos, qui deposuere apud nummularios, sine fœnere,
& eos, qui sub fœnere, & dicitur illorum primò habendam
C 2 esse

esse rationem etiam ante privilegia, id est privilegiatos, hos verò à Creditoribus cœteris non separari, quippe quod hi videantur deposito renuntiasse, & credidisse potius quàm deposuisse. Illi verò dici non possint renuntiasse deposito, cujus etiam actio manet, & nummi hoc modo depositi vindicari possint. *l. si ventri. §. in bonis. ff. de privil. credit. vid. Zœl. ad tit. ff. deposit. num. 26. seqq.*

8 Quid verò? Ergone depositum manet si vel expressè, vel tacitè convenerit ut tantundem restituatur? Varii variè hâc de re sentiunt; Etenim Francisc. Hotom. *observ. 10.* & Nicol. Bellon. *1. supputat. 7.* contendunt, si pecunia, nec clausa nec obsignata apud aliquem deposita fuerit, tunc non depositum esse sed mutuum, motus autoritate *l. 24. ff. deposit. circ fin. & l. 31. ff. locat. l. item 9. in fin. & l. 10. ff.* At non adsentior idque propter textus expressos *l. 24. ff. depositi. l. 29. ff. 1. ibid. & l. 25. §. 1. ibid.* Rationibus dissentienti satisfacit Helfric. Ulric. Hunn. *Variarum jur. Resolut. lib. 3. Tract. III. p. 4. quest. 2.*

THES. VII.

§. 1 Quid si igitur depositarius recuset rem depositam restituere, retum competit deponenti ejusque hæredibus adversus eum ejusque hæredes actio sc. directa ad restituendam rem, & si quid dolo vel latâ culpa à depositario, circa rem depositam admissum sit, præstandum. Petitur itaque in hâc actione directâ (1.) Res in Libello describenda, quæ restitui debet cum fructibus & omni causâ *l. 1. §. 24. ff. deposit. &* si pecunia sit, etiam cum usuris postquam usus fuerit vel petitur (2.) æstimatio, prævio juramento in litem, si nolit restituere (3.) damnum dolo aut latâ culpâ datum *l. 1. §. 24. & l. 26. ff. d. r. & non tantum ista petitur sed etiam res in eâ contentæ l. 1. §. 41 h. l. vid.*

vid. Magnif. Dn. Struv. loc. cit. th. 41. Competit autem 3
hæc actio directa (1.) Deponenti sive sit pater sive fili-
us familias l. Julianus 19. ff. deposit. adeò ut etiam prædo-
ni competat, quia ipsorum interest. Si tamen Dominus 4
& fur deponens in petitione concurrant, dominus præ-
ferri debet l. bona fides 31. circa med. ff. eodem. (2.) datur 5
domino ex depositione servi, sive sit servus usufructuari-
us, sive proprius, sive alienus bona fide serviens, sive here-
ditarius l. 1. §. non solum 27. ff. deposit. (3.) datur hære- 6
dibus & bonorum possessoribus cæterisque successoribus
d. l. 1. §. hæc actio 10. Et quando plures sunt hæredes & 7
depositum commodè dividi potest, tunc pro parte hære-
ditarià cuilibet hæredi hæc actio datur d. l. 1. §. si pecunia 36.
(4.) Ei, cui per Scrum Trebellianum restituta est here- 8
ditas l. 1. §. 19. modo dies restituendæ hereditatis venerit
l. ult. §. 1. ut leg. ut serv. caus. (5.) Si mater deposuerit & 9
pacta sit, ut, se mortuâ filiosam. restituatur tum utilis
actio depositi filio datur l. 26. pr. ff. depos. (6.) Si quis res 10
alienas deposuit, pactusque est eas domino restitui, tum
utilis actio depositi datur domino, si deponentis heres 11
non fuerit t. 8. C. ad exhib. (7.) Domino, qui per Procu-
ratorem deposuit, si depositarius nomine domini rece- 12
perit. (8.) Si verò Procuratoris nomine depositarius re-
ceperit, Procuratori datur, quam tamen actione manda- 13
ti cedere cogatur domino l. 1. §. 11. ff. deposit. (9.) Filio-
famil. l. 19. l. 9. de O. & A. (10.) Fisco, si bona deponentis 14
ad eum pervenerint l. 31. princ. ff. d. t. (11.) Uni ex duo- 15
bus deponentibus (12.) vel utrique l. 1. §. 44. l. 17. pr. b. t. 16
(13.) E contrario non datur deponenti si deportatus sit, 17
neque furi aut prædoni si alius petat, cujus petitio justior
sit l. 31. pr. ff. depos. Idque (1.) contra depositarium
C 3 haben-

habentem facultatem rei restituendæ vel dolo malo desinentem habere hanc facultatem *d. l. 1. §. inde scribit.*
19 (2) Contra hæredem depositarii ex dolo defuncti in sim-
20 plum, ex suo verò dolo in solidum. Et si plures sint hære-
des quilibet pro parte hæreditatis convenitur *l. si homi-*
nem 7. §. 1. ff. eod. & l. in depos. action. 9. ff. eod. vid. plurib.
Joh. Schneidw. *ad tit. de action. §. sequens illa num. 30.*
21 Quamvis autem alioquin hæredes non teneantur regu-
lariter ex delictis, nisi pro illa parte, quæ ad eos pervenit
l. 76. de dol. mal. secus tamen id est, ubi dolus ex contra-
ctu rei que persecutione descendit, quemadmodum di-
22 cit Ulpianus *in l. 7. §. n. ff. b. t.* Ideoque & hæc actio com-
petit quoque adversus hæredem depositarii & quidem in
solidum, si unus, aut pro portione hæreditariâ si plures
23 sint, etiam ex dolo defuncti regulariter, *l. 7. §. 1. b. t.* Ra-
tio diversitatis consistit in illo, quod in eo casu, ubi ex
maleficio actio descendit, delictum immediatè afficiat
personam delinquentis, ut extra illam considerari non
24 possit. Unde heres hæc ratione defunctum non repræ-
sentat, & consequenter, nec odio illius succedit *penult. de*
oper. nov. nunt. l. 33. d. O. & A. l. 22. de pæn. nec actione il-
lic descendente tenetur, quod secus est in contractibus,
ubi maleficio quod inest, id non est per se, nec propri-
am naturam retinet, sed ejus contractus naturam induit,
25 cui inest. Non obst. *c. non autem 3. versicul.* aliquando
tamen *inst. d. perpet. & temporal. action.* vid. Frantzk.
26 *d. loc. n. 105.* Jam dispiciendum erit, ad quid hæc actio
27 competat. Regulariter datur in simplum, id est ad ipsam
28 rem depositam restituendam. Interdum tamen datur
etiam ad duplum & tunc est mixta, quia persequitur
rem ipsam depositam & simul pœnam, videlicet, quando
quis

quis incendii, ruinæ, naufragii, vel tumultus causâ rem
deponit, & depositarius postea depositum inficiatur per
dolum. Is enim condemnabitur in duplum ad rem scili-
cet restituendam & etiam ejus æstimationem. Rationem
hujus adsignat Ictus in *l. 1. §. 1. ff. eodem*. Cum enim rem 29
depono penes aliquem, tempore non turbulento, possum
explorare fidem depositarii, & deliberatè eligere amicum
quendam fidelem. Unde si hominem negligentem ele- 30
gero, mihi hoc imputare debeo. Cum verò ex necessita- 31
te propter casum fortuitum rem depono non datur mi-
hi sic facultas eligendi hominem fidelem. Major itaq; 32
tunc fides requiritur ac proinde perfidiæ crimen crescit
d. l. 1. §. 8. Non levis momenti quæstio hic occurrit: si
depositarius rem fidei suæ traditam vicissim alteri custo- 33
diendam dederit contra quem deponens agere actione
depositi possit? Resp. Adversus illum secundum actio- 34
nem frustrâ instituet, quia nihil cum eo de re deponendâ
contraxit *arg. l. 11. ff. d. O. & A.* Adversus primum au- 35
tem (modò iste dolum vel culpam non commiserit) ni-
hil aliud intentare potest, quàm ut actionem suam depo-
siti, quam adversus depositarium secundum habet, ipse
præstet *l. si is 16. ff. b. t.* Jung. Conrad. Ritterh. *ad L. 23.*
c. 3. de R. J. Aliud tamen dicendum, quando quis tem- 36
pore necessitatis, & metu imminentis periculi, puta in-
cendii, tumultus, ruinæ, ac naufragii deponit. Tunc e- 37
nim ob inficiationem rectè in duplum datur, ut rem de-
positam & pœnam simul (rei æstimationem) persequa- 38
tur; Ratio autem, cur hoc in casu in duplum agatur, eli-
ci potest ex *l. 1. §. merit. 21.* quoniam qui ob necessitatem
ingruentem subitamque vim deponit non eligere statim
talem amicum poterit, cui tutò & fideliter rem suam
com-

commendet, ideoque nihil ipsimet tunc imputari poterit, qui electionis integram non habuit libertatem *Wesenb. ad Tit. ff. depons.* Illud autem disquiritur amplius, utrum, præter hoc quatuor casus, supra memoratos, etiam extendi actio possit in duplum ad similes, ubi videlicet eadem necessitatis ratio militat v. g. quando quis ob terrorem subitum, vel incursum hostium latronumve deponat, quod adfirmandum esse videtur *per c. prima*
40 *autem §. 2. versic. sed quia natura 2. F. 24.* Cui parum contradicit, quod adserunt *Joh. Fab. ad §. 17. num. 5. & Joh. Schneidw. ibid. num. 34.* illud videlicet in poenalibus fallere & propterea ad casus non expressos extendendum
41 non esse; Contrarium enim patet ex d. cap. ex quo satis dilucidè colligitur, quod etiam in poenalibus ob similitu-
42 dinem & identitatem rationis rectè fiat extensio; Extra hos casus autem in simplicium tantum competit actio, quia
43 qui negligenti amico rem custodiendam tradit sibi imputare debet *§. præterea 1. quibus modis re contr. obligat.* Præterea hic observandum, dari quandoque hanc actionem non ad rem ipsam persequendam, sed ejus tantum æstimationem, v. g. Titius apud Sempronium deposuit vestimenta & duos equos, qui, antequam repeteret Titius, diem suum obiit, instituitque omnium bonorum suorum heredem Cajum. Hic adit post mortem defuncti hereditatem, nesciens penes eum quippiam esse depositum, & vestimenta unam cum equis, tanquam res testatoris distractit, aliique vendit. Post dies aliquot præterlapsos, quum Titius expertus esset Sempronium diem suum obiisse, adit Cajum, absque eo petit, ut vestimenta, equos, quos non
46 ita pridem apud Sempronium deposuerat, restituat. Heres, cui nihil hæc de re constabat, rem distractam amplius redi-

redimere nequit. Quæritur an Cajus heres teneatur rem
ipsam (quod impossibile est) restituere, an verò ejusdem
æstimationem? Resp. Jctus Ulpianus *in l. 1. §. final. ff.*
depos. si constet heredem defuncti dolo in re istâ versa-
rum non esse, ad rem ipsam restituendam cogi non posse,
quin tamen ad æstimationem ejus rei rectè conveniatur,
dubium nullum esse. Formam hujus actionis quod atti- 47
net sciendum est eam (1.) esse personalem (2.) rei perse-
cutoriam regulariter, in casu verò necessitatis mixtam,
persequentem & rem & pœnam § 17. 26. *J. de action.*
(3.) esse bonæ fidei etiam in casu necessitatis *arg. l. 18. ff.*
depos. ibi pro hereditaria portione (4.) pura est, ut sta-
tim agi possit, quamvis in diem depositum sit *l. 1. §. 22. 45.*
ff. depos. l. 11. pr. C. eodem. aut depositario permissum, ut,
si voluerit, utatur, dummodo usus non sit, *l. 1. §. 34. ff. de-*
pos. quod tamen secus est in specie *l. 4. princ. de R. C. l. 5.*
C. depos. l. 9. §. ff. de dol. mal. quo etiam pertinet *l. 1. §.*
22. in fin. ff. deposit. Secundum hæc itaque concipitur li- 48
bellus in actione depositi cujus formula hæc est. Vor
euch præmissis præmittendis &c. erscheint N. saget kûrzt-
lich/wie daß er / als er vor drey Jahren in Welschland ge-
zogen/einen verschlossenen Kasten mit Juristen-Büchern
bey beilagten N. zu trewen Händen niedergesetzt / ihm
aufzuheben / und bis auff seine Wiederkunfft zu behalten
gegeben / welchen er auch also gutwillig und umbsonst in
seine Verwahrung und custodien genommen / vermüg
seiner eigenen Handschrift/ deren Kläger warhafftig au-
scultirte Copeyen hiemit gerichtlichen thut einlegen / mit
Erbietung/da es ihm zu Recht aufgeleget / dieselbige mit
den Original zu bekräftigen. Und ob wol dieser Handel
vor allen andern mehr Trewe und guten Glauben erfor-
D dert.

dert. So wegeret sich doch Beklagter den berührten Kas-
ten Klägern wiederumb zuzustellen/alles wider Recht und
Billigkeit. Bittet derwegen Kläger/nach gethaner Ant-
wort / außzusprechen / und zu erkennen / daß Beklagter
schuldig/den libellirten verschlossenen Kasten / inmassen
er den angenommen un empfangenen Klägern wiederumb
unverzüglich zuzustellen / zu restituiren und desselbigen
wiederumb habhafftig zu machen/ihnen dazu durch beques-
me Mittel des Rechts anzuhalten und zu compelliren.
49 Effectus hujus actionis est, quod hoc nomine conventus
& condemnatus infamiae maculam notetur l. 1. § l. parti 6.
§. si quis alieno. ff. de his qui notantur infam. l. qui deposi-
tum. 10. ubi gloss. & Barthol. C. depositi. Joh. Harprecht.
50 in §. prater ea. 3. n. 55. §. quibus modis re contrab. oblig. Ex
quo consequitur, ut è collegio opificum removeri possit,
qui ex causâ depositi condemnatus est, quemadmodum
51 in hanc sententiam pronuntiârunt Scabini Lipsiens. in
causâ des. Handwercks der Grobschmiede zu Meissen
Mens. Novembr. 1635. apud Dn. Carpz. Definit. Forens.
part. 1. Const. 45. his verbis: Da sie nu derowegen/das sie
das anvertrawete und bey ihr hinterlegte Guth angriffen/
und veruntrawet / gerichtlichen beklaget / und solches ge-
standen oder überwiesen / auch deswegen von der Obrig-
keit zu Wiedererstattung vertheilet / und dadurch an ihren
Ehren anruechtig worden. So möchtet ihr sie in ewer Zün-
nung und Handwercks-Zunft ferner zu dulden wieder
52 ewren Willen nicht gedrungen werden. B. A. B. Hæc
verò ipsa actio non competit (1.) Si alter de deposito non
cogitaverit l. 18. §. 1. de R. C. vel si merces intervenerit,
aut aliud quid loco mercedis l. 1. §. 8. & 9. depos. (2.) Si
res apud Dominum deposita sit l. 31. §. 1. l. 15. A. depos. l.
45. de

45. de R. J. (3.) Si initiò convenerit ut res alia recidatur
l. 2. pr. de R. C. §. 3. J. quib. mod. re contr. obligat. l. 1. §. 5.
de O. & Act. quia per pactum deposito appositum fieri
tale quid potest (4.) si sine dolo malo alii res sit restituta
l. 1. §. 32. 36. l. 5. §. ultim. l. 11. ff. deposit. l. 81. §. 1. de solut.
(5.) Si res non reddatur deterior, aut ita sit facta deterior,
ut inde Depositarius non teneatur. l. 1. §. 16. ff. depos.
(6.) Si quis domino non invito existimet, se pecuniam
depositam in usus suos convertere l. 26. pr. de furt. l. C. de-
pos. (7.) Si deponentis nomine pecuniam mutuò dede-
rit & maximè nomine probato arg. l. 7. 8. C. depos. l. 4. C.
si cert. pet. (8.) Si rem depositam in ædem sacram depo-
suerit l. 1. §. 36. l. 5. §. ult. ff. depos. (9.) Si res perierit ita
ut depositarius eo nomine non sit obligatus §. 3. J. quib.
mod. re contr. oblig. l. 1. §. 5. ff. depos. (10.) Si iudicii acci-
piendi tempore reddi non potuerit l. 12. §. ult. in fin. ff. d. t.
(11.) Si res eodem modo apud actorem fuisset peritura l. 14.
§. 1. ff. d. t. (12.) Si justam non reddendi causam habeat
l. 13. pr. ff. d. t. (13.) Si sine dolo malo factum sit ut red-
dere non possit l. 1. §. 21. 22. vers. Marcellus §. ult. l. 2. 3.
l. 20. ff. depos. etiamsi cavere nolit, se rem receptam resti-
tuturum l. 20. ff. d. t. Sine dolo autem facit in quo nulla
culpæ suspicio hæret l. 11 ff. d. t. (14.) Si existimat, eum
qui petit aut procuratorem verum, aut deponentis hære-
dem non esse l. 13. pr. d. t. (15.) Si conditio depositionis
nondum existit l. 1. §. 22. vers. Marcellus l. 5. C. depos.
(16.) Si alius, cujus factum ad depositarium non respicit,
dolo fecerit, l. 19. ff. commod. l. 1. §. 42. l. 16. ff. d. t. (17.) Si actor
depositario idoneè non caveat, adversus denunciante[m]
eum defensum iri l. 11. in fin. C. d. t. Novell. 88. c. 1. (18.) Si
interveniat qui justiore[m] petendi causam habet l. 31. ff.
d. t.

d. t. (19.) Si cum uno & duobus reis actum & solutum sit,
53 *l. 1. §. 4. ff. d. t.* Remedia cum actione depositi directâ
convenientia sunt (1.) Actio de recepto adversus nautas,
caupones, stabularios *l. 3. §. 1. ff. naut. caup.* (2.) Actio
furti, si depositarius sciens, invito domino usus sit re depo-
sitâ *l. 3. C. depos. l. 29. princ. ff. depos. l. 67. ff. de furt.* (3.) Con-
dictio furtiva *l. 13. §. 1. ff. depos.* (4.) Actio *L. Aquil-*
liæ l. 41. princ. l. 42. ad L. Aquil. (5.) Actio ad exhiben-
dum *l. 33. l. 1. §. 32. l. 12. §. 1. in fin. l. 9. de R. V.* (6.) inter-
dictum de tabulis exhibendis *l. 3. §. 2. ff. de tabb. exhiben-*
dis. (7.) Actio locati *l. 1. §. 8. 9. 10. ff. h. t.* (8.) Actio man-
dati *l. 1. §. 11. 12. 13. 14. ff. depos.* (9.) Actio præscriptis verbis
l. 1. §. 9. vers. quod si opere, l. 18. præscript. verb. l. 9. §. 3.
de dolo. (10.) Actio de dolo *l. 9. §. 3. in fin.* (11.) Con-
dictio indebiti *l. 31. §. 1. in fin.* (12.) Accusatio falsi *l. 1. §.*
54 *6. ad L. Cornel. d. fals. l. 38. §. 9. de pœn.* Non solum ve-
rò deponenti competit actio depositi directâ, sed & depo-
sitario competit contraria ad recuperandas expensas ne-
cessarias atque utiles circa rem depositam factas *l. si in*
55 *Asia l. 12. depos.* Datur item ad omnem indemnitatem e-
jus, qui depositum suscepit *l. ei apud quem §. ff. eod.* Ap-
56 pellatur hæc actio interdum iudicium contrarium *l. ei*
57 *apud §. pr. ff. h. t. l. 1. & l. 6. §. ult. de his qui not. infam.* In-
stituitur autem principaliter, ut id, quod impensarum
nomine erogavimus repetamus, v. g. Sempronius ante
aliquot menses peregrè profectus duos equos, quibus in i-
58 Cajum, quorum curam & ipse suscepit. Accidit postea,
ut diutius is quàm promiserat abesset, Cajus interea pro
avenâ fœno, & cœteris ad necessariam equorum curam
ac sustentationem pertinentibus quatuor impendit au-
au.e

aureos. Reverso Sempronio petiit Cajus, ut sibi prædictos 59
aureos, quos in equos erogaverat, redderet. Ille, cum con- 60
tra amicitiae leges aureos impensos reddere nollet, actione
contrariâ depositi Sempronium pulsat & vincit vid. Ol-
dendorp. *Class. 4. Action. 23.* Multum autem differt actio 61
directa à contrariâ, quia in illâ condemnatus, si se. depo-
situm neget, & postea convincatur fit infamis uti supra
tetigi; in hac verò agitur tantùm de indemnitate depo-
sitarii, quam absque perfidiæ notâ facili negotio præsta-
re potest *l. furti 6. §. ult. ff. d. t. de his qui not. infam. De- 62*
inde in illâ etiam juratur in litem *l. 1. §. in depositi 26. ff.*
b. t. in hac verò non l. 5. princ. eodem. Wesenbec. ad ff.
tit. depos. num. final. Finitur depositum (1.) revocatio- 63
ne, quando deponens rem à depositario iterum repetit.
Tunc autem statim post revocationem exspirat deposti- 64
tum. Quæ revocatio fieri potest quodocunque depo- 65
nenti licuerit & Depositario reddere depositum statim re-
netur *l. pen. C. depos.* (2.) Rei depositæ interitu, quando 66
videlicet res deposita casu fortuito apud depositarium
pereat. Tunc statim, quia ejusmodi casum nemo provi- 67
dere potest depositum exspirat, & similibus v. g. quando
expressè inter contrahentes convenit ut ex deposito loca-
tio, conductio, emtio venditio aliusve con-
tractus fiat.



D 3

Depo-

DEpositum Themis aima fide dum reddere
salvâ

Præcipit, & tali lex vetat equa frui.
Quis TE non fidei, quis TE non Pacis amantem
FRIDLIBI salva dicat amande fide?
Usura intendi dum forsitan actio possit,
Deposita gaza dum Themidos fruitur:
Hic lites metuens, hanc ultro scœnore reddit,
Hæc si Lector aves cernere, scripta legas.

Benevolæ recordationis ergo
f.

Christoph. Philip. Richter / D.
Com. Pal. Cæs. Fac. Jurid. Ordini-
narius & h. t. RECTOR.

DEpositi exponis, FRIEDLIBI, jura, parentis
Verbo in divino quin studium sequeris?
Sic etenim genitos sæpe adspirare videmus
Ad laudes patris, ad patriumq; decus.
Sed tu dispar ames quamvis studium, decus au-
tem

Par capies; Pergas sedulitate tuâ.

Eximio Dn. Respondenti gratulor

Georg-Adamus Struve / D.

Com

Cum de DEPOSITO disquiris signa disertè
Oris es Ingenii ponis in ora VIRIS.

PACEM, FRIEDLIBI, Tibi quæ sit cara, precamur
PACEM cum Sacra ponere vis Themidi.

Præximo Dn. Friedlibio, Magni Parentis
optimæ spei filio, Amico suo
perdilecto benivolentiæ testandæ
ergò hæc adp.

Ernestus Fridericus Schröter/
Hæred. in Wickerstett/D. & P.P.P.

Sic pariterq; moves FRIEDLIBI proq; movebis
Plus ultra semper, cathedram dum scandere tentas,
Haut decus hoc parvum, non pars exigua famæ
Hæc est quâ gratulor, cœptis Deus optimus adsit!

Per Eximio Dno. Respondenti, eruditæ
dissertationis Autori, de ausibus in
Jure honestis gratulor

PRÆSES.

Wem sein froher Geist
Sich gang nicht läst die Mühe schrecken
Durch Kunst und Fleiß was rühmlichs zu vollstrecken
Das seinen Ruhm der Nachwelt hegt
Wie Ihm der Grund gelegt
Zu großem Lob/das Themis ihm verdienet
Daß Er sich teg versühnet:
Sie schütze ihm nur seinen wachen Muth
Ihm bleibt gewiß, ein edler Purpur-Hut.

Mit diesem geringfügigen
hat seinen vielgeehrten Freund und Tischgenossen/
zu Bezeugung beharrlicher Freundschaft/ bedienen wollen

Johann/Georg Krull / B. R. L.

Adscen

A Descendis Cathedram, proponis dogmata juris
Propugnans doctè, & benè victor abis.

Exiguus hilce pereximio Dn. Friedlieb/
LL. Cult. Faurori atq; Amico suo
honoratiss de primo hocce edito
specimine Academico gratulari,
Ipsi officia sua semper paratissima
offerre voluit

C. E. Reichenbach/J. U. Doctorand.

DEPOSITI leges rimaris & enthea jura
Indolis en! ingens auguro DEPOSITVM.

Synceri amoris contestandi ergo L. M. Q.
adponebam

Fridericus Gvilielmus Krull/J. V. L.

W Er seinen Sinn mit Lust und Nutzen recht ergeht
Und sich durch steten Fleiß/biß an die Sternen setzt
Den Ehret Sama selbst/entreißt ihn von der Schaar
Die irdisch seyn gesinnt/und machet offenbar
Den nie erstorbnen Ruhm/so kan so muß man siegen
Mit schön-bekröhten Haupt/der Neid bleibt unten ligen.
Diß bringt er/wehrter Freund/auch leklich noch davon/
Drumb fahre tapffer fort du Edler Themis-Sohn.

Also hat dem Herrn Antwortenden/als sei.
nem höchst-geehrten Hn. Landsmann
und vertrauteer Freunde /schuldigst
bedienen sollen

Joachim Elias Otto.


Jus ita depositi quod doctè differis, ipsò
Hòc magnum quæris, Candide Amice! decus:
Ut ceu depositam meritamq; aliquando coronam
Pro multo reddat, Sancta, labore, Themis.

Id quod animitus vovet

A. C. Avemann.

F I N I S,






ULB Halle
005 132 576

3



V017





28.

Feb, 13

14

DISPUTATIO JURIDICA

DE

DEPOSITO,

QUAM

CELESTI FAVORE AUXILIANTE,

SUB PRÆSIDIO

AMICI CORTREJI,

J. U. D.

FAUTORIS SUI ÆTATEM
COLENDI,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

WILHELMUS FRIEDLIEB, Strals. Pomer.

AUTOR ET RESPONDENS.

IN THEATRIS
HOC ET HORIS CONSUETIS

AD DIEM VIII. JUN.

A. E. O. S. M. DC. LXVI.

JENÆ, Literis JOHANNIS NISSE

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches